UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ Dicatvm

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

In Lib. II. Paral.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64340

Visual Library

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

# IN LIBRVM I. PARALIPOMENON.

NIhil ferè in hoc & ſequenti libro occurrit de ratione temporum, quod in notis & quæſtionibus librorum Regum explicatum non fuerit: quare loca ſolum indicabo, ad quæ recurrere poterit, qui explicationem deſiderabit.

VI. cap. ver. 4. Sex ergo nati ſunt ei in Hebron, vbi regnauit ſeptem annis & ſex menſibus: triginta autem & tribus annis regnauit in Ieruſalem. *Vide 2. Reg. 5. ver. 4.*

XIII. v. 3. Reducamus arcam Dei noſtri ad nos. 2. *Reg. 6. quæſt. 2.*

XXIII. v. 1. Igitur Dauid ſenex & plenus dierum, regem conſtituit Salomonem filium ſuum ſuper Iſrael. *Iam ante Dauid ei regnum promiſerat, vt dixi 3. Reg. 11. q. 7. num. 3. & 8.*

XXIX. v. 22. *Et vnxerunt ſecundò Salomonem.* Hinc non temerè ſuſpicari poſſumus Salomonem triplex regnandi exordium habuiſſe: primum, quando promiſſum eſt ipſi regnum, fortè adhuc puero annos circiter 12. nato, tum quando ſolemniter ſemel ac iterum, inunctus eſt. Regem etiam Saulem bis inauguratum fuiſſe conſtat ex 1. Reg. 10. v. 24. & cap. 11. ver. 14. ac 15. præter priuatam illam vnctionem, de qua illo cap. 10. v. 1.

XXIX. v. 27. Et dies quibus regnauit ſuper Iſrael fuerunt quadraginta anni: in Hebron regnauit ſeptem annis, & in Ieruſalem annis triginta tribus. Vide 2. Reg. 5. v. 4.

# IN LIB. II. PARALIPOMENON.

I. CAp. v. 4. Arcam autẽ Dei adduxerat Dauid de Cariathiarim. 2. *Reg. 6. q. 2.*

III. Cap. v. 2. Cœpit autem ædificare menſe ſecundo anno quarto regni ſui. *Vide 3. Reg. 6. v. 1.*

VII. v. 1. Cumque compleſſet Salomon fundens preces, ignis deſcendit de cœlo, & deuorauit holocauſta & victimas. *Rurſus* v. 8. Fecit ergo Salomon ſolemnitatem, in tempore illo ſeptem diebus &c. *Hæc omnia explicata ſunt. 3. Reg. 8. q. 4. & 5.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IX. v.30. Regnauit autem Salomon in Ieruſalem ſuper omnem Iſ- draginta annis. *De quibus 3. Reg.11. q.6.*

XI. ver.17. *Corroborauerunt regnum Iuda, & confirmauerunt Roboam* *monis per tres annos : ambulauerunt enim in vijs Dauid & Salomonis* *bus*: ij ſcilicet Iſraelitæ, qui cum nec Sacerdotes nec Leuitæ eſſent, retento Jeroſolymam ſacrificiorum offerendorum cauſa veniebant no quarto Roboami, etiam iſti à vera fide extorres & regnum Iſrael auitæ expers fuerit, per triennium verò nonnulli ex legis præſcripto ſuas Ieroſolymis offerebant, *qui* nempe *cor ſuum dederant, vt quærerent* *Deum Iſrael*, v.16. Alia eſt ratio Sacerdotum & Leuitarum, qui ſedibus ctis ad Iudam tranſijſſe dicuntur, v.14. hoc enim non ad iſtud ſolum ennium, ſed ad ſequentia etiam tempora referendum videtur. bant, *eo quod abieciſſet eos*, non tantum *Ieroboam*, ſed *& poſteritas* *mini fungerentur*.

XII. v.13. Quadraginta & vnius anni erat (*Roboam*) cum regnare decem & ſeptem annis regnauit in Ieruſalem. *Vide 3. Reg.14.q.8.*

XIII. ver.1. Anno octauodecimo regis Jeroboam regnauit Abi- dam, tribus annis regnauit in Jeruſalem. 3. *Reg.15.v.1.*

XIV. Regnauit Aſa filius eius (*Abiæ*) pro eo, in cuius diebus annis decem, *de quibus diſputatum eſt.* 3. *Reg.15.q.12.*

XV. v.10. Cumque veniſſent in Jeruſalem menſe tertio anno to regni Aſa immolauerunt Domino in die illa, de manubijs & adduxerant boues ſeptingentos, & arietes ſeptem millia. *q.12.*

*Ibid.v.*19. Bellum non fuit vſque ad trigeſimum quintum annum q.12. citata, num. 6. & 10.

XVI. v.1. Anno autem trigeſimo ſexto regni eius aſcendit Baaſa in Iudam. q. illa 12. num. 6. & 13.

*Ibidem v.*15. Mortuus eſt anno quadrageſimo primo regni ſui.

XX. ver.31. Regnauit igitur Joſaphat ſuper Judam, & erat 35. regnare cœpiſſet: viginti autem & quinque annis regnauit in Ieruſalem. 3. *Reg.q.22.*

XXI. ver.5. Triginta duorum annorum erat Ioram cum regnare octo annis regnauit in Jeruſalem. *Idem hic repetitur, v.20.* 4. Reg.

XXII. v.2. Quadraginta duorum annorum erat Ochozias cum pi- piſſet, & vno anno regnauit in Jeruſalem. 4. *Reg.8.q.2.*

*Ibidem v.*12. Fuit ergo cum eis in domo Dei abſconditus ſex annis gnauit Athalia ſuper terram. 4. *Reg.21.v.3.num.2.*

XXIII. Anno autem ſeptimo, confortatus Joiada &c. 4. *Reg.*

XXIV.v.1.Septem annorum erat Joas cum regnare cœpiſſet, & quadraginta annis regnauit in Jeruſalem. 4.*Reg.*12.*v.*1.

XXV.ver.1. Viginti quinque annorum erat Amaſias cum regnare cœpiſſet: & viginti nouem annis regnauit in Jeruſalem. 4.*Reg.*14. *v.*1.*& q.*3.

XXVI.verſ.3. Sedecim annorum erat Ozias cum regnare cœpiſſet, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ieruſalem. 4.*Reg.*15.*v.*1.*q.*4.

XXVII.v.1. Viginti quinque annorum erat Joatham cùm regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Jeruſalem. *Idem repetitur v.*8.*Vide* 4.*Reg.*15. *q.*6.

XXVIII.v.1.Viginti annorum erat Achaz,cum regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem. 4.*Reg.*16.*q.*7.

XXIX. Igitur Ezechias regnare cœpit, cùm viginti quinque eſſet annorum, & viginti nouem annis regnauit in Jeruſalem. 4.*Reg.*18 *q.*9.

XXXII.verſ.24. In diebus illis ægrotauit Ezechias vſque ad mortem. 4.*Regum* 20 *q.*14.

XXXIII.Duodecim annorum erat Manaſſes cum regnare cœpiſſet, & quinquaginta quinque annis regnauit in Jeruſalem. 4.*Reg.*21.*v.*1.

*Ibid.*verſ.21. Viginti duorum annorum erat Amon cum regnare cœpiſſet, & duobus annis regnauit in Jeruſalem. 4.*Reg.*21.*v.*19.

XXXIV. Octo annorum erat Joſias cum regnare cœpiſſet, & triginta & vno anno regnauit in Jeruſalem. 4.*Reg.*22.*v.*1.*num.*1.*&* 2.

XXXVI.v.2. Vigintitrium annorum erat Joachaz, cùm regnare cœpiſſet, & tribus menſibus regnauit in Jeruſalem. 4.*Reg.*23.*v.*31.

*Ibidem v.*5. Viginti quinque annorum erat Joakim, cùm regnare cœpiſſet, & vndecim annis regnauit in Jeruſalem. 4.*Reg.*23.*q.*16.

*Ibid.v.*9. Octo annorum erat Joachin cùm regnare cœpiſſet & tribus menſibus, ac decem diebus regnauit in Jeruſalem. 4.*Reg.*24.*v.*8.*q.*21.

*Ibidem v.*11.Viginti & vnius anni erat Sedecias cum regnare cœpiſſet, & vndecim annis regnauit in Jeruſalem. 4.*Reg.*24.*v.*18.*q.*22.

## QVÆSTIO I.

### *Vtrum Judæ regnum ſteterit annos 396.*

1\. HAnc quæſtionem in Tironum gratiam hîc pono, contra Paludanum, qui id aſſerit, Tract. 3. de concordantia temporum regum Iuda & Iſrael, cap.5. varijſque rationibus ex Ioſepho deſumptis, quas demonſtrationes vocat, probare nititur. *Primam* ex libro 10. Antiq. cap.11. depromit, vbi diſertè Templum incenſum dicitur, annis ex quo conſtructũ fuerat 470. elapſis, menſibus ſex, diebus decem. Salomon autem Templi fundamenta iecit anno 4. regni ſui, & ex Ioſephi ſententia regnauit annos 80. Sic à fundatione Templi, *Id aſſerit Paludan. probatq; ex Ioſepho 1.*

 vſque

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vſque ad initium regni Iuda Paludanus annos 76. enumerat, qui ſi tolli... 470. annis, menſibus ſex, diebus decem; *remanebunt*, inquit, *circiter* ... *anni* 395.

*Confirm.* 2. Confirmat hanc rationem alio Ioſephi teſtimonio, qui lib. ... cap. penultimo tempus à Templo condito, vſque ad captiuitatem ... cam, ait fuiſſe annorum 466. menſium ſex, dierum decem: quos ... danus à Templo conſummato, anno vndecimo Salomonis deducit, ... que ad initium regni Iudæ 69. annos inſerit, qui ſi ex 466. detrahantur ... nebunt 396.

*Arg.* 1. 3. *Secundam*, quam vocat demonſtrationem format ex illo libro ... cap. 11. vbi Templum deflagraſſe ſcribitur tranſactis à migrata Ægypto ... 1062, menſibus ſex, diebus decem. Atqui idem auctor docet, iacta Templi fundamenta annis ab Exodo 592. euolutis. Ergo Templum ſtetit annos ... gnum vero Iuda 395. *vti in demonſtratione ſuperiore*, inquit.

*Arg.* 2. 4. *Tertiam* demonſtrationem ait formari ex eodem libro & cap... totum tempus, quo Dauid & ſucceſſores eius vſque ad Sedeciæ ... runt definit annis quingentis quindecim, menſibus ſex, diebus decem. ... auferantur 40. Dauidis, 80. Salomonis, hoc eſt, 120. remanebunt anni ... ſes 6. dies 10.

*Arg.* 3. 5. *Quartam* formare contendit, ex lib. 7. de bello Iudaico cap. ... Rufini verſione ab initio regni Dauidis, vſque ad euerſionem Ieroſolymam ſub Tito, colliguntur anni 1174. Hoc autem verum non eſſet, ... Iudæ tribuerentur anni 395. Ergo &c. Minorem latè deducit hoc modo:

| | |
|---|---|
| A Dauide vſque ad Salomonem ſunt anni | 40. |
| A Salomone vſque ad initium regni Iuda | 40. |
| A fine regni Iuda vſque ad Cyrum | 70. |
| A Cyro vſque ad euerſam à Tito Ieroſolymam ſunt Olympiades ... nus annus qui faciunt annos | 629. |

Si ergo his addideris annos regni Iudæ 395. colliges à Dauide rege ... excidium Vrbis ſanctæ ſub Tito Duce annos 1174.

*Arg.* 4. 6. *Quinta* demonſtratio ſic formatur ex ſententia Ioſephi ... ma à Chaldæis euerſa ſunt anno 465. ex quo Dauid pulſis inde Iebuſæis ... lum Hebræum ibi collocarat anno ſcilicet regni ſui decimo. Hinc vſque ad ... gnum Iuda fuerunt anni Dauidis 30. Salomonis 40. ſimul 70. quos ... ſuſtuleris, relinques 395. annos regni Iuda.

*Arg.* 5. 7. Ioſephus lib. 6. de bello cap. 10. tradit à prima Templi fundatione vſque ad excidium eiuſdem ſub Tito fluxiſſe annos 1130. menſes 7. dies ... autem non eſſent, niſi regnum Iudæ duraſſet annos 396. vt demon...

quarta dictum eſt. *Reſtant ergò*, inquit, *à prima fundatione Templi, vſque ad Sedeciæ captiuitatem anni 431. menſes 7. cum medio. Tolle ab hac ſumma 36. annos, qui ſuperfuerunt regno Salomonis, à fundatione Templi, vſque ad initium regni Iuda; reſtabunt ab initio regni Iuda, vſque ad finem eius anni 395. menſes 7. cum medio.* Fatetur autem Paludanus in tribus poſterioribus demonſtrationibus Ioſephum ſuam de annis 80. regni Salomonis ſententiam reuocaſſe.

8. Ex Ezechielis 4. v. 4. ait ſe probabilem hanc argumentationem confecere: Tot diebus Ezechiel ſuper latus ſiniſtrum dormire iuſſus eſt, quot annos Iſraelitæ vſque ad illam iuſſionem Deum offenderant, per idololatriam publico edicto promulgatam, quam ait factam ſtatim initio regni Ieroboam; ergo inde vſque ad finem anni quinti Sedeciæ fluxerunt anni 390. Sedecias autem regnauit integris vndecim annis: atque ita regnum Iuda annos tenuit 396. Quæ argumentatio vt ſit efficax ait hæc tria eſſe ſupponenda. *Arg. 6.*

1. Hoc imperatum Eezchieli, in fine anni quinti Sedeciæ regis Iuda.
2. Sedeciam annos vndecim regnaſſe.
3. Ieroboam fuiſſe primum, qui publico edicto apoſtaſiam à Dei cultu promulgarit.

9. Verum hæ rationes in examen iure vocari poſſunt, tum in genere, tum in ſpecie ſingulæ. In genere quidem, quia ſi Ioſephus reuera opinabatur Salomonem 80. annos regnaſſe à veritate aberrabat, & tres poſteriores, quas Paludanus demonſtrationes vocat, cum Ioſephi opinione pugnant. Si Salomonis Imperium fuit quadraginta annorum, vt diſertè ex Scripturæ teſtimonio communis auctorum ſententia pronunciat, tres priores argumentationes falſo nituntur fundamento. Deinde mirum eſt demonſtrationes, ex illius auctoritate confici, qui eadem de re ſibi non conſtat. *Paludanus in genere refutatur.*

10. In ſpecie verò, *primum argumentum* falſa inuoluit: tantum abeſt, vt ſit demonſtratiuum: quia nec Salomon 80. annos regnauit, vt dixi 3. Reg. 6. q. 6. Nec templum 470. annos ſtetit, vt probaui 4. Reg. 25. q. 23. fateturque Paludanus. Confirmatio illius argumenti etiam cum veritate pugnat. Nam illi 466. anni à fundato Templo non computantur aſſentiente Paludano. Quod verò nec à perfecta anno vndecimo Salomonis fabrica numerari poſſint, vel inde colligimus, quod hoc modo Templum ſtetiſſet 473. annis: totidem enim exurgunt, ſi ad 466. anni 7. addantur in ſtructuram impenſi. Id autem nec admittit Paludanus, qui Templi durationem 470. annis definit, nec veritas patitur. Siquidem regnum Iuda 37. annis à Templo fundato decurſis ortum eſt, quibus à 473. ſubductis, 436. anni remanebunt ſtanti Templo tribuendi: hic autem numerus neque cum annis ſingulorum Iuda, neque cum Ioſephi doctrina, neque cum Paludani rationibus congruit. *In ſpecie. Ad 1.*

*Ad 2.* 11. *Secunda* quæ dicitur *demonſtratio* in primis res falſas pro veris
dum ab exodo ad Templum 592. annos ſupputat; ad caſum vero Se
Adhæc præcedenti teſtimonio Ioſephi contradicit, quo anni 466. à T
abſoluto vſque ad eius incendium numerabantur: his adde 7. con
omnes Templi 473. Hic autem tantum 470. ponuntur. Denique ſi
dationem & ruinam Templi annos 470. inſerueris; hinc 7. exima
Templum ædificatum eſt, atque ita remanebunt à Templi perfectione
dem excidium anni 463. non 466. vt volebat Paludanus.

*Ad 3.* 12. Ad tertiam dici poteſt 1, ex ea nihil colligi, niſi admiſſis 80. an
monis, quorum dimidiam tantum partem, & veritas ipſa agnoſcit, &
quentes argumentationes admittunt, dum ab enthroniſmo Dauidis,
primordia regni Iudæ octoginta annos computant, nempe 40. Dau
demque Salomonis. Ergo ſi veritati & tribus Ioſephi teſtimonijs ex
deſumptis credimus, non 120. ſed octoginta duntaxat anni ſubducen
ijs quos Dauid & poſteri eius regnarunt, vt ſeligantur anni quos reg
tenuit. Si autem 80. de 515. tollantur, regni duratio 435. annorum
non 395. Dici poteſt 2. Ex illis 515. annis, Ioſephus Sauli tribuit vicen
enim dixiſſet eos regnaſſe 515. annos, menſes 6. dies 10. protinus
ὧν εἴκοσιν τὴν ἀρχὴν κατέσχεν ὁ πρῶτος αὐτῶν βασιλεὺς σαοῦλος οὐκ ἐκ τῆς
λῆς ὑπάρχων. *Ex his, viginti* (annos) *principatum obtinuit primus eorum rex,*
*ex eadem tribu exiſtens.* vnde hunc locum ſic bene vertit Gelenius: *Id t*
*tium quingentos & quindecim annos continet, & ſex inſuper menſes, cum dec*
*numeratis 20. annis primi regis Saul.* Replicat Paludanus & ait textum
rium, hoc eſt, Græcum loqui ambiguè, eo quod particula ἐξ, aliquan
cet *extra* ſiue *præter*, & hoc loco ita accipi, vt Ioſephus dicat: *extra*
(ſupple 515. annos) *viginti principatum obtinuit Saul*: alias falſo Ioſephus
Dauidis progeniem regnaſſe 515. annos. Verum hæc effugia demon
non conficiunt. In ambiguis ordinaria ſignificatio retinenda eſt, qua
co retinuit non vnus Gelenius, ſed & ante eum Rufinus. Neque
phus falſo illos 515. annos Dauidicæ familiæ, tanquam potiori attri
doquidem diſertè monet, partem exiguam illorum annorum,
lis principatum referendam eſſe.

*Ad 4.* 13. *Quartum argumentum* longè à demonſtratiuo diſtat. Infra
dam annos 70. ſeruitutis Babylonicæ non eſſe numerandos à fine
ſed ab initio regni Nabuchodonoſoris. Deinde Cyrum apud Perſ
dem primo Olymp. 55. regni habenas capeſſiuiſſe; ſed annos 70. cap
dæorum non prius expletos, quam Cyrus poſt annum vigeſimum
Perſici, Babylonicum imperium adipiſceretur. Minor igitur

merito neganda eſt: ſed neque Maior propoſitio certa eſt. Antiqua enim Rufini editio Pariſienſis an. Dom. 1513. non habet anno 1174. ſed 1177. Græca verò Baſil. an. Dom. 1544. exhibet annos 1179.

14. Necquicquam roboris habet *quinta ratio*: nam Græcus textus habet euerſa à Chaldæis Ieroſolyma annis 477. & menſibus ſex, poſtquam inde rex Dauid Chananæos expulerat. Id quidem fatetur Paludanus, & ait *ſe in hac demonſtratione quinta ſecutum eſſe textum Latinum Ioſephi, qui in diuerſis editionibus tranſlationibuſque diverſorum interpretum, illum ipſum inquit, à me poſitum numerum vbique retinet.* Verum id de omnibus Latinis translationibus dici nequit: certè non retinet antiqua illa editio Pariſienſis: aliquæ habent annum quadringenteſimum ſexageſimum quartum. Ad 5.

15. Falſa eſt ſupputatio, quæ à Templo fundato, vſque ad euerſam à Tito Ieroſolymam annos 1130. enumerat; hanc enim Titus excidit anno æræ Chriſti ſeptuageſimo: primi verò templi fundamenta iecit Salomon circa annum ante eandem æram 1020. ex quibus non niſi 1090. anni colliguntur. Sic nihil promouet *ratio ſexta.* Ad 6.

16. Vim *ſeptimi argumenti* ſuo loco expendam: hic tantum dico non conſtare, vtrum iſte annorum 390. numerus ab initio regni Ieroboam emergat. Siquidem 2. Paralip. 11. v. 16. & 17. legimus aliquos ſaltem, ex Iſraelis regno veri Dei cultum triennio retinuiſſe. Deinde anni qui ab initio Roboami vſque ad finem quinti Sedeciæ effluxerunt ſunt pauciores quam 390. Nec eſt ratio, quæ ſuadeat hos annos anno 5. Sedeciæ finiri potius, quam Vrbis obſidione vel excidio: iſto Sedecias annos vndecim regnarit, & Ieroboam primus edicto publico apoſtaſiam à fide & vera religione promulgarit. Hoc enim fortaſſe non ante annum ſecundum regni ſui patrauit. Denique valde probabilis eſt doctrina Saliani qui ad annum m. 3061. num. 11. ſolemnem dedicationem vel templorum vel vitulorum à Ieroboamo menſe octauo, die decima quinta ſceleratè factam, ad annum ſecundum illius refert; vnde fortè nonnemo iſtos 390. annos computabit. Ad 7.

Vide quæ in cap. 4. Ezechielis de illis 390. annis latè diſputo.

## II. PARALIP. XXXVI. v. 20.

*Si quis euaſerat gladium, ductus in Babylonem ſeruiuit regi, & filijs eius, donec imperaret rex Perſarum, & compleretur ſermo Domini, ex ore Ieremiæ, & celebraret terra ſabbata ſua, cunctis enim diebus deſolationis egit ſabbatum vſque dum complerentur ſeptuaginta anni.* Hæc ſequentibus quæſtionibus explicanda ſunt.

## QVÆSTIO II.

## *Quot ſint anni à caſu Templi, vſque ad … inſtaurationem.*

*Quando Templum euerſum quando inſtauratum.*

1. CErtum eſt, 1. captam Ieruſalem anno vndecimo Sedeciæ R…
menſe quarto; exuſtam cum Templo, eadem æſtate, menſe …
Regum 25. Ierem. 52. Templum autem inſtauratum eſt, anno ſecu…
Hyſtaſpis, vt omnes fatentur, & ſacri codices dubitare vetant. 1. Eſdr…
mo & cap. 5. v. 2. Aggæi 2. Zachariæ 1.

*De Cyro & Dario Hyſtaſ.*

2. Conſtat 2. ex profana hiſtoria Darium iſtum apud Perſas regn…
*circa annum 4. Olymp. 64.* ſiue, ante Chr. 521. Siquidem omnium ant…
recentiorũ conſenſu, Cyrus apud Perſas regnare cœpit anno 1. Olym…
numque tenuit 30. annos, cum Cambyſes 7. & menſes aliquot imp…
vt Magi ſucceſſores eius annum octauum clauſerint: quibus ſublat…
narchiæ faſtigium euectus eſt Darius Hyſtaſpis, cum ab initio regni C…
38. præterijſſent. Quod adeo certum puto, vt id ſine temeritate n…
mihi non videatur, & ex ijs, quæ ſuis locis de Cyro & Dario in medium…
clariſſimum euadet. Dixi *circa annum 4. Olymp. 64. ante Chr. 521.* quo…
ſentem enim quæſtionem ſpectat, de vno alterove anno, non ſum ſo…
10. aut 18. pluriumve annorum ſpatia, huius controuerſiæ finis ta…
num autem primum Darij cum 3. Olymp. 64. Nabonaſſareo 227. …
Torniellus in Tabulis & ad an. m. 3552. num. 1. nec ab eo computo …
lianus. Ego regni illius primordia refero ad annum illum 521. ante …
ſti, quo tertius Olymp. 64. occubuit; quartus illuxit, currente à die p…
rij anno Nabonaſſari 227. Quod & Petauius accuratè facit.

*De Nabuchodonoſore.*

3. Exploratum 3. habemus Nabuchodonoſorem, ante Templi e…
regnaſſe annos 18. quorum primus cum quarto Ioakimi concurr…
ſi inuentus fuerit annorum numerus, qui à Templi caſu, ad annum …
Darij effluxerunt; hiſtoriæ ſacræ cum profana nexus habebitur, ita …
Darij ad tempora Nabuchodonoſoris, hinc ad regnum Ioakim & p…
tium regum Iuda, vſque ad Templum, anno 480. ab exitu de Ægypt…
tum regredi probabiliter poſſimus, tum à Templo ad Exodum, ab E…
fuit annis 215. poſt deſcenſum in Ægyptum, ad annos Iacobi, Iſaac, …
ceat aſcendere. Vnde huius quæſtionis vtilitas & iucunditas eluce…

*Opinio Paludani.*

4. Paludanus tract. 3. cap. 5. à fine regni Iuda vſque ad annum 1. C…
annos 70. putat: inde Cyro 30. Cambyſi cum Magis 8. & vnus Da…
tur. Sic ab euerſo Templo, ad annum 2. Darij colliguntur anni 109. …

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuos calculos digerere poſſunt, qui inter excidium Ieroſolymitanum, & Cyri apud Perſas regnantis primordia annorum 70. ſpatium interponunt.

5. Quidam ſeruitutem Babylonicam 70. annorum à deſtructione Ieruſalem aperiunt; anno Cyri regis 23. claudunt: ſequuntur inde 7. anni Monarchiæ Cyri, Cambyſis & Magorum 8. Darij vnus, ſumma omnium 86. Ita Torniellus & Salianus, qui Templi deſolationem notant anno mundi 3745. initium regni Darij Hyſtaſpis 3532. Omitto iam eorum computum, qui ſeptuagenariam ſeruitutem, in Iechoniæ tranſportatione inchoant. De quo infrà. *Tornielli &c.*

6. Euſebius in Chronico, aſſentitur Clementi Alexandrino, quē lib. 1. Stromatum ita ſcripſiſſe refert. *Perſeuerauit captiuitas annis ſeptuaginta ad annum ſecundum Darij filij Hyſtaſpis, qui Perſis, Aſſyrijs, Aegypto regnauit.* Subiungit deinde Euſebius: quod autem ſeptuageſimus annus deſolationis Templi, altero anno Darij fuerit expletus, domeſticus teſtis eſt Zacharias Propheta, anno ſecundo Darij dicens: *Domine omnipotens quouſque non miſereberis Ieruſalem & ciuitatibus Iudæ, quæ aſpexiſti: iſte ſeptuageſimus annus eſt.* Conſentit Beda: anno, inquit, ſecundo Darij ſeptuageſimus captiuitatis Ieruſalem annus impletur, idque auctoritate Euſebij & oraculo Zachariæ confirmat. Ado & Hermannus Contractus verba Bedæ tranſcribunt, nec ijs contradicunt. Idem tradit Nicephorus Conſtant. Schafnaburgenſis, Freculphus, & ante eos Iulianus Toletanus initio *quintæ ætatis*, quam poſt annum vndecimum Sedeciæ inchoat, & primo loco Hebræorum captiuitatem 70. annorum ponit, eamque finitam ait tempore Darij, anno nempe ſecundo: inde vſque ad Xerxem 34. annos Darij reſiduos computat. Clariſſimè autem Chronicon Alexandrinum, Babylonicæ inquit, ſeruitutis anni ſeptuaginta, à Ieremia Propheta prædicti, poſt vndecimum Sedeciæ regis annum cœpere; deſiere anno ſecundo Darij Hyſtaſpis. Et infra ad annum 2. Darij: *hoc*, ait, *anno, ſeptuaginta anni Templi euerſi fuerunt expleti*, additque ea quæ iam ex Euſebio & Clemente retulimus. Quod & Marianus Scotus præſtat, adiunctis etiam ijs, quæ habet Beda. Aſſentitur Vincentius Spec. hiſt. lib. 2. cap. 17. Theodoretus Ezechielis 1. & Zachariæ 1. apertiſſimè verò ſuper cap. 9. Danielis. S. Hieronymus Ezechielis 4. cum dixiſſet Sedeciam regnaſſe annis vndecim ſubnectit: *ſub quo capta Vrbs templumque deſtructum, cuius ſolitudo vſque ad ſecundum Darij annum permanſit annis ſeptuaginta.* Rurſus in Prologo Aggæi & in cap. 1. Zachariæ, diſertè aſſerit, ſecundo anno Darij regis Perſarum filij Hyſtaſpis ſeptuageſimum annum deſolationis Templi fuiſſe completum, idque Zacharia teſte. Eandem doctrinam tradit Iſidorus lib. 5. Etymologiarum cap. vltimo. S. Auguſtinus lib. 18. de ciuitate Dei cap. 26. & multi è recentioribus, vt Ribera Zachariæ 1. Chryſtophorus à Caſtro Ierem. 25. Vide infra, quæſt. 8. num. 1. *Euſebij & aliorum.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Contra Paludanū.* 7. Opinio Paludani à vero aberrat, tum quia Cyrus annos aliquot
Perſarum adminiſtrauit, priuſquam, Babylone capta, Iudæos in liber-
ſereret, vt infrà oſtendam, tum quia inde ſequeretur, ab initio regni Na-
donoſoris vſque ad annum Darij ſecundum, interueniſſe annos 127.
ante Vrbis excidium, inde 109. Tolle igitur 127. de anno ducenteſimo
octauo Nabonaſſari, qui erat ſecundus Darij, remanebit annus 101. N
initium regni Nabuchodonoſoris elapſus. Quod nullatenus admitti-

*Contra Torniellū.* 8. Opinionem Tornielli & aſſeclarum eius non probo: ſi namque
86. quos à fine Sedeciæ ad annum 2. Darij enumerat, adijciantur 18. N
donoſoris ante Templi euerſionem tranſacti; conficient 104 qui ex 228
relinquent annum 124. Nabonaſſari, pro origine principatus Nabu-
ſoris, qui tamen non ante annum 140. ſuo parenti Nabopolaſſaro ſucc-

*Pro Euſe-bio & alijs* 9. Apprimè verò congruunt meę rationes cum eorum ſupputatione
annorum ſpatium à Sedeciæ calamitate ad annum ſecundum Darij
cui ſupputationi fidé abundè conciliat, veneranda antiquitatis auct-
merus eorum ſcriptorum, quos paulo ante laudabam. Anno ante æra
590. mihi Vrbs cum Templo cecidit, currente anno Nabonaſſari
ante eandem æram 520. aperitur annus 2. Darij, cum in curſu eſſet N
ſareus 228. Sic terminos ab antiquis poſitos minimè conuello, & tam
captis Ieroſolymis, currente anno 2. Darij Hyſtaſpis completum
*Obiectio.* 10. Obijciunt aduerſarij, annos 70. ſeruitutis Babylonicæ finitos
mo Cyri imperantis, ac proinde non eſſe vſque ad regnum Darij
*Reſponſio.* Verum facilis & antiqua Theodoreti reſponſio, qui circa annum
430. floruit, & in cap. 9. Danielis ita ſcripſit: Tempus captiuitatis om-
nihil diſcrepantes poſuere, & Diuus Ieremias, & diuinus Zacharias, &
Eſdras, in ſeptuageſimo numero omnes conſenſere, ſed non ab eiſdem
ribus omnes numerare exorſi hoc tempus: alij in Cyrum, alij in Da-
ipſum numerum definere dixerunt. Beatus enim Ieremias & Eſdras
captiuitatis initio numerantes, iure vſque ad Cyrum Perſarum reg-
ginta definiunt annos. Sed ſanctiſſimus Zacharias, à nouiſſima ob-
funditus interiere numerans ſeptuaginta annorum numerum Da-
Perſarum rege expleri aſſeruit. Nam quia ter populus captiuus fuit,
tempore Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda, iterum Iechoniæ filij Ioakim,
deciæ fratris Ioakim patrui Iechoniæ: neceſſario tertiam in partem
conſequuntur. Primo enim dimiſit eos Cyrus Perſa: Deinde Darius
filius; tum Artaxerxes Xerxis. Eorum igitur, qui primo capti fuere,
annorum numerus Cyro Perſa regnante expletur: & Templi deſolationis
dem tempore finitur, anno 2. Darij Hyſtaſpis. Ita vt vtraque

Ieremiæ & Zachariæ, & itidem Eſdræ ſcriptura mendacio careat, & vera ſit. Hæc ante annos mille ducentos Theodoretus. *Vnde* breuiter patet, duplicem eſſe apud SS. Patres annorum ſeptuaginta computationem, alteram anno primo Cyri; alteram ſecundo Darij expletam. Nec obſtat, quod nonnulli ſpatium temporis anno 2. Darij finitum, captiuitatis, aut ſeruitutis annos vocent, aliquâ Ieremia prædictum aſſerant. Non eſt enim nodus in verbis quærendus, vbi ſenſus auctorum non cernitur intricatus. Reuera aliquod ſeruitutis vinculum Iudæos poſtliminio reuerſos adſtringebat, quo minus ante Darij principatum iteratam Templi fabricam erigerent. Neque hi anni qui vſque ad Darium tendebant, ſi propriè loquamur, erant illi, quibus Ieremias varias gentes Imperatori Babylonio ſeruiturus prædixerat: ſunt tamen hæ duæ annorum ſeptuagenæ inter ſe ita connexæ, vt anni 52 ſint vtrique communes, & prior alteram 18. annis præcedat, altera totidem tardius abſoluatur, & appareat veriſſimum illius, quod idem Ieremias Vates cap. 30. v. 18. cecinerat: *Ecce ego conuertam conuerſionem tabernaculorum Iacob, & tectis eius miſerebor, & ædificabitur ciuitas in excelſo ſuo, & Templum iuxta ordinem ſuum fundabitur.* In dictis auctorum, quæ inter ſe quadantenus pugnare videntur, non eſt admittenda ſenſus antilogia, quando per tolerabilem aliquam interpretationem veritati locus aperitur, aut aliunde conſtat, quænam de rebus ipſis eorum ſit ſententia. Vide infra quæſt. 8. num. 13. *Duplex ſupputatio An. 70.*

## QVÆSTIO III.

## *De annis Cyri Perſarum Regis & Chaldæorum Monarchæ.*

1. HAnc quæſtionem præmitto ijs, quæ de annis 70. captiuitatis Babylonicæ diſputanda ſunt, quippe quam Cyrus relaxauit, ac proinde vt principium & finis iſtorum annorum certius explorari poſſit, quædam de annis illius præmittenda ſunt, quæ ſacræ Chronologiæ hoc loco obſcuriſſimæ facem aliquam præferre poſſe videantur. Hoc autem certum inprimis ac indubitatũ habetur, Cyrum apud Perſas regnare cœpiſſe anno 1. Olymp. 55. vt tradit Euſebius in Chronico & lib. 10. de Præpar. Euang. cap. vltimo, vbi hoc antiquiſſimum iuxta ac luculentiſſimum profert Africani teſtimonium. *Poſt ſeptuaginta verò captiuitatis annos Cyrus Perſis regnare cœpit, quo anno celebrata eſt Olympias quinquageſima quinta, vt in Bibliothecis Diodori, Thalli atque Caſtoris hiſtorijs, nec non Polybij & Phlegontis, ſcriptum reperies: ſed & apud alios auctores, qui Olympiadas deſcripſerunt. De tempore enim inter omnes conuenit. Cyrus itaque anno regni primo, qui & Olympiadis quinquageſimæ quintæ primus fuit &c.* *Cyrus Perſa regnat anno 1. Olymp. 55.*

Ita fideliter Græcum Petauius reddit lib. 10. cap. 14. monetque
Chronologorum omnium veterum perinde ac recentiorum con
matum ac ſtabilitum eſſe, atq; Epocham Cyri priorem, quod ad Ol
ſpectat, cum nullus ex antiquis ſit, qui primordia Cyri regis alio
ad Olympiadem 55. & quidem ineuntem. Conſentiunt antiquis recen
Gordonus ad an. m. 3445. Torniellus an. 3494. vbi laudat Pererium,
in Danielem, q. 2. id pluribus argumentis, ex Clemente Alex. S. Cyril
ronymo, Iuſtino, & Ioſepho deſumptis adſtruit. Salianus, Sanctius,
phorus Caſtrius, Cornelius, Samerius, Petauius, &c.

*An. ante Chr. 559.* 2. Hic autem aduertendum eſt, actam Olympiadem illam 55.
Periodi Iulianæ 4154. ante Chriſti Epocham 560. quo fit, vt annu
mus ad ſequentem æſtatem vſque ſeſe porrigat, & nonnulli ench
Cyri notent priore parte anni iſti primi Olympiadis quinquageſim
æramque Cyri anno illo 560. ante Chr. auſpicentur. Eam tamen
re malui in annum ſequentem, nimirum Periodi Iul. 4155. ante Chr
cham 559. prout in *Synopſi ſacrorum temporum* tradidi, & poſtea plur
rauit Petauius l. c.

3. Ex Scriptoribus etiam palàm eſt, Cyrum 30. ferè annos, non
num adminiſtraſſe, Cambyſen & Magos 8. inde Darium regem
fecto à primordijs Cyri apud Perſas regnantis 38. annorum curricul
ſtronomicis autem obſeruationibus in confeſſo eſt, defectionem Lu
Ptolemæus, ad annum ſeptimum Cambyſis retulit, incidiſſe in an
Chriſtum 523. die 16. Iulij: quia anno Nabonaſſari 225. die 15. Phame
fuit. Alia ſimilis eclipſis commiſſa eſt anno 20. Darij, Nabonaſſari
Ephiphi. ante Chr. 502. Nouemb. 19. Tertia fuit anno 31. Darij, N
257. die 3. Tybi, ante Chr. 491. Aprilis 25. Vnde probabiliſſime
Darium Hyſtaſpis regnare cœpiſſe anno ante Chr. 521. quo annus Ol
quartus emerſit. Inde remenſo ad ſuperiora tempora 28. annorum
rem Cyri Epocham, anno ante Chr. 559. deprehendemus. Cyclo Sol
næ XVIII.

*Regnat vniuerſo annos 30.* 4. Annos porro regni Perſici 30. Cyro tribuunt, antiquus Chr
apud Clementem Alexandrinum, Dionyſius hiſtoriæ Perſarum
Ciceronem lib. 1. de diuin. Iuſtinus lib. 1. Euſebius in Chronico, S. H
in cap. 7. Danielis & 1. Zachariæ, Oroſius lib. 2. cap. 7. Beda de
Ado, Nicephorus Conſt. Marianus Scotus, Freculphus in ſuis Chr
bera Zachariæ 1. num. 28. Bellarminus & Gordonus in ſuis Chrono
bellicus Enneadis 2. lib. 6. Caſtrius, Sanctius, Cornelius, Tornie
ctius Petauius. Nec obſtat, quod Herodotus ſub finem lib. 1. anno

aſcribat, quia vt ipſemet explicat, triceſimum non omnino expleuit. Neq; enim audiendi ſunt, qui cum Scaligero, principatum Cyri ad annum 31. vel 32. inchoatum extendere conantur: hi enim & ab auctoritate veterum ſine cauſa recedunt, & à Petauio bene redarguuntur.

5. Cyrus non ante Iudæos in libertatem aſſeruit, quam Babylone potitus, aliquot iam annos regnum Perſarum adminiſtraſſet, variaſque regiones ſuo ſubieciſſet imperio. Ita plerique recentiores, in quibus Ribera, Gordonus, Torniellus, Salianus, Sanctius, Caſtrius, Cornelius, Petauius, idque efficaciter probant, ex ijs quæ de Cyro Herodotus & Cteſias hiſtoriarum monimentis conſignarunt, tum ex Beroſo apud Ioſephum lib. 1. contra Appionem anno 17. Naboniti Chaldæorum regis vltimi, Cyrum reliqua Aſia in ſuam poteſtatem redacta Babylonem aggreſſum, eamque victo Nabonito cepiſſe. Quibus adſtipulatur Iuſtinus lib. 1. Domitis, inquit, demum pleriſque cùm aduerſus Babylonios bellum gereret &c. Fidem etiam huius rei faciunt Xenophon, & Ptolemæus in Canone Mathematico, vt mox patebit.

*Prius in Perſide quam Babylone regnauit.*

6. Quæ cum ita ſint, errare cenſendi ſunt illi, qui vnum ſolummodo regnandi initium Cyro aſſignant; & anno primo regni illius Perſici Babylonicam Iudæorum captiuitatem ſolutam putant. Nam 1. Eſdræ 3. & 4. legimus Iudæos anno 2. ſui reditus noui templi fundamenta ieciſſe quidem, ſed ab hoſtibus vicinis opus impeditum fuiſſe, *omnibus diebus Cyri regis Perſarum.* Hic autem ſi à capta Babylone 30. fermè annos regnaſſet, Iudæorum ſine dubio querelas audiuiſſet, adnitentibus Daniele, Aggæo, Zacharia Prophetis, & pio principe Zorobabele, edictumque ſuum de Templi inſtauratione, in executionem venire curaſſet. Deinde ille annus quo Cyrus libertatis Iudaicæ decretum edidit dicitur primus regni ipſius, & fatebatur, iam ſibi omnia regna terræ à Deo data: quod non conuenit regni Perſici initio; optimè vero imperij Babylonici. Duplex igitur principium regnandi Cyro conſtituendum: altero Perſis, altero Chaldæis imperare cœpit. Addit Petauius cap. 13. tertium totius Aſiatici imperij principium, quod Scaliger excogitauit, tanquam fictum & commentitium, reſpuendum eſſe.

*Duplex initium regnandi habuit.*

7. Reſtat quæſtio, *quot annos Cyrus Babylonijs imperauerit?* Xenophon lib. 8. de Cyri pædia eum anno imperij ſui ſeptimo extinctum tradit, Xenophontem ſecuti ſunt Ribera Zachariæ 1. numer. 33. Torniellus & Salianus in Annalibus, Chriſtophorus Caſtrius in cap. 29. Ieremiæ. Hac ratione, annus 24. regni Perſici, fuerit ei primus Monarchiæ Babylonicæ. Quæ opinio non eſt improbabilis eamque in Synopſi 1. edit. ſequebar.

*Quæſtio. 1. Opinio. Dat ei 7. annos.*

8. Expenſo tamen poſtea diligentius Canone Mathematico, & annis regum Iuda, cum regum Iſrael temporibus accuratius adſtrictis, malui Cyri Mo-

*2. Opinio probabilius ang.*

narchiæ nouennium attribuere, cum Petauio lib. 10. cap. 15. & Har[...]
nologia. Sic annus 22. regni Cyri, eſt primus Monarchiæ Xenophon[...]
pædia narratio parum apud pleroſque habet fidei hiſtoricæ, eam in[...]
tio præter alios faceſſere iubet Cornelius Zachariæ 1. verſ. 12. Plus[...]
habet Ptolemæus, qui Cyrum Babylonijs regibus adnumerat, e[...]
annos diſertè inſcribit. Cui numero conſentiunt rationes annorum N[...]
ſari, ad tempora Nabonadij, Cyri, Cambyſis, Darij applicatæ. Nam [...]
triplicem Lunæ defectionem nuper explicatam, quæ huic opinion[...]
non minus quam alteri; Ptolemæus anno Nabonaſſari ducenteſ[...]
principatum Nabonadij notis impreſſis concludit; Imperium Cyri [...]
bon. 218. Cambyſis 226. finitum tradit. Itaque annus primus Darij [...]
annum 227. Nabonaſſari, & primus Cyri in 210. qui aperitur anno [...]
Epocham 538. die 5. Ianuarij: æſtate verò eiuſdem anni cœpit [...]
60. *vnde incipiunt numerari anni imperij ſiue monarchiæ Cyri,* inquit C[...]
Proinde hic auctor fateri debet, Cyrum pluſquam ſeptem annos [...]
ſiquidem interijt anno ante Chriſtum 529. Nabonaſſari 219. qui [...]
Cambyſis: ſicut annus 2. Darij erat primus Olymp. 65. vt idem [...]
affirmat. Fauent huic ſupputationi magis quam alijs, quidam ap[...]
bium in Chronico, qui tempus captiuitatis 70. annorum vſque ad [...]
ri 20. computarunt.

*3. anno tres ſed falsò.*

9. Ex dictis eorum computus refellitur, qui ad triennij anguſtias [...]
narchiam reuocant; ſic enim duplex vt minimum error Ptolemæo [...]
tur, dum annos Cyri ſine ambiguitate, aut exemplarium varietate [...]
vltimum Nabonadij eundem facit cum 209. Nabonaſſari.

*Ioſephus explicatur.*

10. Fauere tamen eis videtur Ioſephus lib. 11. Antiquit. cap. 2. [...]
*opus* templi inſtaurandi *dilatum per annos nouem, vſque in 2. annum Dar[...]*
Cambyſem regnaſſe ſexcennio. At forte Ioſephus, de ijs ſolum ann[...]
qui ab interitu Cyri effluxerunt. Cum enim Ioſephus cap. 1. narraſſet [...]
tanorum improbitate, templi reſtaurationem impeditam fuiſſe, Cyr[...]
ſuperſtite, ſed ad alia negotia diſtracto, cap. ſequēti recitat Cambyſi[...]
quo Vrbis & Templi inſtauratio prohibebatur, ac tandem ſubdit, [...]
ſe id opus per nouennium, vſque ad annum ſecundum Darij. Quod [...]
nouem anni, diſtincti ſint ab ijs, quibus Cyrus agebat in viuis, patet [...]
narrationis filo, tum ex Græco contextu, quo expreſsè dicitur *opus* [...]
ἄλλα ἔτει θ. *in alios annos 9.* Quod vero ait Cambyſem regnaſſe ſex [...]
ita accipi poteſt, vt excluſo primo imperij ſui anno, quò Templi inſt[...]
dicto vetuit, ſex alios annos integros vixerit, tum alius annus Mag[...]
dus ſit vſque ad Darium.

11. Aliàs Herodotus libro 3. clarè habet, Cambyſem regnaſſe annos 7. & menſes 5. inde Magos regnum occupaſſe 7. menſibus, *quibus*, inquit, *annus octauus Cambyſis expletur*. Herodoto ſuffragantur Euſebius, Beda, Freculphus, Ado, Marianus Scotus, Nicephorus Conſt. Bellarminus, Gordonus, Caſtrius, Ribera, Sanctius, Torniellus, Salianus, Petauius, niſi quod non omnes iſti clarè 7. menſes Magi, ab annis Cambyſis diſtinguant. Cauſam verò adæquatam, cur Cyro viuente Templi reſtructio intercepta fuerit, fuiſſe arbitror, quod Cyro alijs negotijs diſtento, Cambyſes interim rerum quæ ad Iudæos ſpectabant adminiſtrationem haberet, eiuſque malitia factum, quo minus Templi fabrica Cyri decreto conceſſa promoueretur: vt inſinuat Ribera Zachar. 1. numer. 33. tum concedit Cambyſem ſex annis viuo adhuc Cyro regnaſſe, tum alijs octo; ſeptem Magorum menſibus in complementum anni octaui adſcitis. Quod ſi verum eſt, dicemus eum vniuersè 14. annos regem fuiſſe: omne vero tempus, quo Cyrus, Cambyſes, Magi imperarunt fuit 17. annorum, ab exordio vero Cyri vſque ad Darij principatum 38. anni computandi ſunt. *De annis Cambyſis.*

12. Antequam ad librum Eſdræ gradum faciamus, & Iudæos in patriam reducamus, operæ precium me facturum putaui, ſi diſputationem de annis 70. captiuitatis Babylonicæ inſtituerem, quam claritatis cauſa in quæſtiunculas aliquot diſtribuam.

## QVÆSTIO IV.

### *De fine annorum 70. Babylonicæ captiuitatis.*

1. DE his oraculum habemus Ierem. 25. v. 11. & 12. *Et erit vniuerſa terra hæc in ſolitudinem & in ſtuporem: & ſeruient omnes gentes iſtæ regi Babylonis ſeptuaginta annis. Cumque impleti fuerint ſeptuaginta anni, viſitabo ſuper regem Babylonis, & ſuper gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & ſuper terram Chaldæorum* &c. Et cap. 27. v. 6. *Et nunc itaque dedi omnes terras iſtas, in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis ſerui mei, inſuper & beſtias agri dedi ei, vt ſeruiant illi, & ſeruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius, donec veniat tempus terræ eius & ipſius*: Rurſus cap 29. v. 10. *Cum cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos, & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, & reducam vos ad locum iſtum*. Huc etiam alluditur 2. Paralip. 36. verbis quæſtioni 2 præpoſitis, & repetuntur initio lib. 1. Eſdræ, quorum etiam meminit Daniel cap. 9. v. 2. *Finis fuit anno 1. Cyri.*

2. Hos annos in tempora Cyri deſituros iam olim prædixerat Iſaias cap. 44. extremo: *qui dico Cyro: Paſtor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ieruſalem: Aedificaberis. Et templo: Fundaberis.* Et mox initio cap ſequent. *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram* &c. & v. 13. *Ipſe ædificabit* *Explicatur Iſaias.*

*cabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet.* Hanc Iſaiæ Prophetia[m] phus lib. 11. Antiq. cap. 1. à Cyro lectam tradit, eaque lecta, eum Va[ticini]tatem admiratum, excitatum deſiderio, quæ legerat, exequendi, [et] patriam redeundi, Vrbiſque ac templi denuo erigendi poteſtatem [fecit, an]no nimirum primo Monarchiæ ſuæ Babylonicæ) vt legimus 1. Paral. *Anno autem primo Cyri regis Perſarum, ad explendum ſermonem Domini, [quem] fuerat per os Ieremiæ ſuſcitauit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarum, qui* [...] *in vniuerſo regno ſuo, etiam per Scripturam dicens: Hæc dicit Cyrus rex Perſarum* [...] *regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipſe præcepit mihi, vt ædificarem* [...] *in Ieruſalem, quæ eſt in Iudæa: quis ex vobis eſt, in omni populo eius? ſit Dominus* [...] *cum eo, & aſcendat.* Idem auctores vnanimi conſenſu docent. Ioſephus [...] Antiq. cap. 1. Iulius Africanus apud Euſebium lib. 8. de demonſt. Euang. & S. Hieronymum in cap. 9. Danielis. Clemens Alexandrinus lib. [...] tum. Euſebius l. c. & lib. 10. de Præp. Euang. extremo. Lactantius lib. 4. [...] Sapientia cap. 5. Sulpitius lib. 2. ſacræ hiſtor. Cyrillus lib. 8. contra [...] Theodoretus Ezechielis 1, Danielis 9. Zachariæ 1. Beda in cap. 1. lib. [...] in opuſculo de ſex ætatibus mundi, Q. Iul. Hilarion de mundi dura[tione] ranus Ierem. 25. & 29. & Danielis 9. & recentiores interpretes ibidem. nulli tamen, vt Euſebius, etſi huic captiuitati finem ſub Cyro impo[...] cant; primi tamen anni non ſemper meminerunt, rati ſine dubio id [...] ra conſtare. S. Hieronymus Prooemio in Aggæum anno 2. Darij [...] aſſerit annum 70. deſolationis Templi, *quem*, inquit, *Ieremias vaticinatus* [...] autem verba ſatis declarauit, Ierem. 25. & 29. in ijs commentarijs, [...] explanationem 12. Prophetarum, Iſaiæ, Danielis, & Ezechielis ſe co[...] affirmat. Itaq; à Templo euerſo, ad idem reſtauratum anno 2. Darij [...] enumerat, totidemque ab anno 1. Nabuchodonoſoris ad imperium [...] autem annus primus Cyri quo laxata eſt captiuitas non fuit regni [...] ſed Babylonici imperij, vt q. præcedenti vidimus.

*Refutatur Caluiſius.* 3. Sethus Caluiſius anno ſuo ante Chr. 538. notat annum capti[uitatis Ba]bylonicæ ſexageſimum primum. Anno 536. expugnata Babylone D[...] dum, à Dario captum, vita donatum, & Carmaniæ præfectum [...] in hanc ſententiam Canone Mathematico. Anno ante Chr. 530 [...] Babylonicæ 69, ait à Cyro datum Iudaicæ libertatis edictum. Ann[o] ante Chriſtum 527. fatetur Cyro trucidato Cambyſem imperaſſe. [...] nonnulla ſunt, quæ minimè admittenda cenſeo. Primò, quia hoc [...] circa annum ſextum captæ Babylonis reditum Iudæis necdum [...] 70. captiuitatis, indulſiſſet, cum tamen annum illum Scriptura pri[mum] appellet. Itaque Sethus hoc tertium principatus Cyri initium [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cio fingit, ſpreta omni antiquitate, quæ hoc commentum ignorauit. *Secundò*, Ieremias cap. 25. *ſeruient*, inquit, *omnes iſtæ gentes, regi Babylonis ſeptuaginta annis.* Et cap. 29. verſ. 10. prædicit expletis illis 70. annis laxatum iri Iudæorum captiuitatem, ita vt antiqui in idem tempus, finem & Iudaicæ captiuitatis & Babylonici imperij conijcerent, percurſo annorum 70. interuallo: Sethus autem edictum Cyri anno 69. obtrudit, & ab euerſo Chaldæorum imperio in ſarum circiter annum prorogat ſeruitutem. Fateor, ad initium anni 210. Nabonaſſari translatum à Chaldæis ad Perſas imperium, quod notat Caluiſius, ſed eodem anno, currente iugum ſeptuagenariæ ſeruitutis à Iudæorum ceruicibus edicto Cyri depulſum aſſero, cum Ribera, Torniello Saliano, Petauio, Haræo, q. præcedenti laudatis. numer. 6. qui anno eodem debellatos à Perſis Chaldæos, & Iudæos in libertatem aſſertos, docent, aſſentientibus Funccio, Bucholcero, Capello &c. nec aliud priſci Chronologi & ſacri interpretes ſentiunt. De initio horum 70. annorum maior eſt difficultas ſequentibus quæſtionibus explicanda.

## QVÆSTIO V.

## *Vtrum anni 70. captiuitatis Babylonicæ à decimo tertio Ioſiæ computentur.*

1. Qvatuor de principio horum annorum ſententiæ potiſſimùm reperiuntur, quas probabiles eſſe ait Cornelius, Ieremiæ 29. verſ. 10. *Prima* eos ab anno 13. Ioſiæ deducit. *Secunda*, à quarto Ioakimi, ſiue primo Nabuchodonoſoris. *Tertia* à tranſmigratione Iechoniæ. *Quarta* à fine Sedeciæ. Primam opinionem proponit, vt quidam putant, S. Hieronymus Ezechielis 4. *A primo, inquit, anno Iechoniæ. quando magna pars Ieruſalem translata eſt in Babylonem, vſque ad primum Cyri regis Perſarum annum, qui deſolationis templi erat triceſimus ſupputantur anni quadraginta, ſub quo Iudæorum laxata captiuitas eſt, & libertas populo reddita.* His adde 23. qui à 13. Ioſiæ, vſq; ad annum 4. Ioakim tranſierant, & 7. vltimos Ioakim: reperies ab anno 13. Ioſiæ, vſque ad annum primum Cyri 70. Iulius Africanus apud Euſebium lib. 8. de demonſtr. Euang. cap. 2. & S. Hieronymum Danielis 9. tradit annum primum Cyri incidiſſe in annum 1. Olymp. 55 annumq; 20. Artaxerxis Longimani in 4. Olymp. 83. ita vt iſte annus 20. Longimani, ſit 115. ab initio regni Cyri. Quæ tria cum meis rationibus congruunt. Annos verò 70. captiuitatis regno Cyri præponit, putatque centeſimum octuageſimum quintum captiuitatis, fuiſſe viceſimum Longimani. Vnde Caſtrius Ieremiæ 29. colligit ex ſupputatione Africani annos 70. captiuitatis, à decimo ſexto Ioſiæ deduci: ego verò Africanum de 13. anno Ioſiæ interpretor: ſiquidem annus 4.

*1. Opinio hos annos putat à 13. Ioſiæ.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Olymp. 83. & 20. Longimani oritur mihi anno ante Chr. 445. cui ſi addas
185. exurget annus 630. ante Chr. quo mihi finitur annus 17. Ioſiæ. Hi
Theodoretum, qui Ezechielis 4. hoſce 70. annos à 18. Ioſiæ accerſere
quo legis liber inuentus eſt, vnde ſi ſtante Templo 55. & inde totiden
rum putentur, conſient 70.

*Probatio.*

2. Probari poteſt ſaltem ſpecie tenus hæc opinio. 1. Quia euerſa
ne anno 13. Ioſiæ, atque idcirco translatum ab Aſſyrijs, ad ſeniorem Na
donoſorem, qui erat Babylonius, imperium. 2. S. Auguſtinus, Hiero
ſidorus, Theodoretus, Euſebius, Clemens Alexandrin. & alij apud Pe
in cap. 9. Danielis, v. 2. ab anno 11. Sedeciæ ad primum Cyri non niſi
numerant; ergo reliqui anni 40. ante Sedeciæ calamitatem à 13. Ioſiæ
rant. 3. Danielis 5. Baltaſſaris vltimi Babyloniorum regis parens d
quoties Nabuchodonoſor, qui regnauit 45. annis, & Baltaſſar tribus
polaſſaro dentur 22. colligetur tempus Monarchiæ Chaldæorum 7
rum, à 13. Ioſiæ ad initium Cyri. 4. Anno 13. Ioſiæ cœpit Ieremias
& vidit potentiam Aſſyriorum contritam per virgam ſiue ſceptrum C
rum, vt conſtat ex Ieremiæ cap. 1.

*Concluſio negatiua.*

3. Verum communis Neotericorum & multorum antiquorum
tatio negat hoſce captiuitatis annos, à 13. Ioſiæ reuera deriuari: cum
tempore nulla fuerit Iudæorum captiuitas, imò ne eam videret colle
*ſuos* dicitur, 4. Reg. 22. v. 20. vt docet Caſtrius Ierem. 29. Cornelius
nus ad an. m. 3429. num. 5. & ex dicendis palam fiet.

*Ad probationem.*

4. Neque rationes allatæ quicquam concludunt: ſiue enim an
Ioſiæ fuerit expugnata Niniue ſiue non; inde tamen anni 70. cap
duci nequeunt. Nam ante Nabuchodonoſorem iſti anni non in
pe cui & poſteris eius, gentes in Scriptura expreſſæ, annos 70. ſerui
remiæ 25. verſ. 11. iuncto cap. 27. v. 7. Anno autem 13. Ioſiæ necdum
Nabopolaſſarus, quem Nabuchodonoſorem ſeniorem vocant
Magnus Nabuchodonoſor, anno 4. Ioakim, qui erat vigeſimus te
rio decimo Ioſiæ: Nabopolaſſarus verò non niſi annos 21. reg
ctores pro ſecundo argumento laudati bene 30. annos numerant,
excidio, vſque ad Olympiadem 55. cuius anno primo labente, re
ſidis thronum Cyrus conſcendit, at non continuo tunc Iudæos
bertati, ſed anno demum regni ſui vel 21. deſinente, vel 12. in
adde annos Nabuchodonoſoris 18. ante Vrbis deſtructionem
primumque illius Olympiadis, quo ad finem vergente Cyrus reg
dis adeptus eſt, & reperies ab anno 4. Ioakim, ad vigeſimum ſecund
70. annorum decurſum.

*Quomodo Nabuchodonoſor dicitur parẽs Baltaſſaris.*

5. Nabuchodonoſor dicitur parens Baltaſſaris lato nominis ſignificatu, quo comprehenditur quilibet pregenitor: qua notione Abraham dicitur pater Iudæorum, quos Chriſtus alloquebatur Ioan. 8, verſ. 53. & 56. Dauid pater Abiæ, 3. Reg. 15. v. 3. & Amaſiæ 4. Reg. 14. v. 3. Cuiuſmodi exempla in Scripturis paſſim occurrunt.

*Nabuchodonoſor quot annos regnarit.*

6. Nabuchodonoſor 44. annos regni non impleuit, eius parenti 21. anni tribuuntur, ad quos ſi triennium Baltaſſaris acceſſerit, collectus numerus ad 70. non perueniet. Vbi vero ſunt anni Euilmerodach? Denique Ieremias illo anno 13. Ioſiæ, ſpiritu Prophetico vidit de potentia Chaldæorum, ea quæ ſub Nabuchodonoſore poſt aliquos annos erant futura. Auctoritas Africani, S. Hieronymi, & Theodoreti, (qui ſuam hac de re ſententiam Dan. 9. clarè explicat) quoad Chronologiam fauent ijs, qui ab anno 4. Ioakim, vſque ad 22. Cyri 70. ſeptuaginta ponunt.

*Tres annorum ſeptuagenæ.*

7. Hic aduertendum 1. Annum primum Cyri reſpondere, partim anno primo, partim ſecundo Olymp. 55. ſicut pars Conſulatus Capitonis & Rufi ad annum 13. Neronis, pars ad 14. extenditur, iuxta ſupputationem generalem, quam retuli in Synopſi, cap. 18. Aduertendum 2. triplicem annorum ſeptuagenam à priſcis auctoribus proferri: *primam* à 13. anno Ioſiæ vſque ad Olymp. 55. *Secundam* ab anno 4. Ioakim, vſque ad annum 22. Cyri. *Tertiam* à Templi excidio, ad annum 2. Darij Hyſtaſpis.

## QVÆSTIO VI.

### *Vtrũbi ann. 70. à trãſmigratione Iechoniæ profluãt.*

*Quidã aſfirmant.*

1. A Iechoniæ deportatione, aut à clade & morte Ioakim, quæ anno regni eius vndecimo contigit, nonnulli hoſce annos accerſunt, vt Rab. Salomon apud Lyranum 1. Eſdr. 1. Caietanus 2. Paral. 36. Genebrard. in ſua Chron. Azor tom. 1. Moral. Inſt. lib. 6. cap. 56. Cornelius Ierem. 29. v. 18. Probatur hæc
ſententia 1. Quia tunc fuit notabilis vaſtitas & communis captiuitas, vt palam *Prob.* 1.
facit liber 4. Regum c. 24. ver. 12. Captiuitas enim quæ fuerat anno 4. Ioakim,
fuit Danielis, & paucorum aliorum, qui cum Ioakimo mox reducti videntur.
2. Quia Ieremias cap. 29. verſ. 10. poſt tranſmigrationem Iechoniæ canit: *cum impleti fuerint in Babylone 70. anni &c.* Ergo ab ea tranſmigratione inchoantur. 2.
3. Quia ab hac captiuitate tanquam epocha communi Ezechiel
æram ac annos ſuarum prophetiarum deducit. 4. Sanctus Matthæus cap. 1. 3.
verſ. 11. hanc captiuitatem vocat tranſmigrationem Babylonis, quia ſcilicet 4.
Iechonias non vi abductus eſt, ſed vltro ſe dedidit, & Babylonem commigrauit.
5. Non propriè & directè imperio Babylonico, ſed captiuitati Iudaicæ hi 70. anni conſtituti videntur, ex cap. 25. Ierem. verſ. 8. & 11. cap. 29. verſ. 10. 5.

 Con-

*Confirmatur ex Daniele.* Confirmatur ex Danielis 9. ver. 2. vbi hi anni vocantur deſolationis Ie
idque in pœnam peccatorum eius, quia neque ab ijs deſiſtere, neque
prophetarum monita, præſertim Ieremiæ ab anno 13. Ioſiæ data, aud
runt. Cornelius Nabuchodonoſori vniuersè dat annos 44. quorum
hanc tranſmigrationem elapſi fuerant: Euilmerodacho & Baltaſari
bus ὁμὰς 70. annorum conſurgit.

*Concluſio negatiua.* 2. Huic ſupputationi quo minus ſubſcribam obſiſtit auctori
rum nuperrimè q. 2. laudatorum, nempe Clementis Alexand. Euſeb
guſtini, S. Hieronymi, Theodoreti, Iſidori, Bedæ, Iuliani, Niceph
Adonis, Chronici Alexand. Freculphi, Mariani Scoti &c. qui cen
plum anno 2. Darij Hyſtaſpis inſtauratum, annis 70. quàm euerſ
Nam, vt probatum eſt, Cyrus Iudæorum captiuitatem ſoluit anno
ſui Babylonici, quod geſſit annos 9. aut ſeptem, hos annos excepit
Cambyſis & Magorum, tum annus primus Darij ſecutus eſt. Sic ab
narchiæ Cyri, ad annum ſecundum Darij excluſum, interuenerun
aut 16. Ex hac autem opinione, à caſu Templi ad annum ſecun
anni non plures 60. computandi eſſent, & ex conſequenti eorum
ctoritas ſperneretur, qui cum Clemente Alexandrino & Euſebio
Ieroſolymitanum ad 47. Olympiadem referunt, quique annos 70.
tertio Ioſiæ ad primum Olymp. 55. & qui à fine Sedeciæ ad primum
throniſmum 30. annos putant.

*Ad 1.* 3. Neque ardua ſunt, quæ obijciuntur. *Primò* enim ad ſeruitute
genariam inchoandam, ſufficiebat quod Nabuchodonoſor, initio reg
ptiuum habuerit Ioakimum, *partemq; vaſorum Domus Dei*, quæ anno
aſportauerat, ſibi vendicarit, nec regem in Iudæa, niſi obſidibus B
tentis, eſſe permiſerit. Deinde, ſi notabilis captiuitas, hiſce 70. ann
daret, à caſu Sedeciæ, potius quam tranſmigratione Iechoniæ om

*Ad 2.* *cundi* vero argumenti ſequelam, iure quis inficiabitur. Nam ibi S. V
ad eos ſolos ſcribit, qui cum Iechonia ſolum coacti vetterant, ſed
los, qui cum Daniele ſub initium regni Nabuchodonoſoris Bab
ducti fuerant. Adhæc loquitur Propheta de ijſdem annis quor
meminerat, & iam ante aliquot annos prænunciati erant, inque
perij Babylonici eos deſituros prænunciat Ieremias: de eorum
*Ad 3.* cet. Quid etiam ex 3. argumento ad hanc litem decidendam collig
video. Abductio Iechoniæ inter res magnas, raras, admirandas
bet, & idonea fuit, vt inde Vates ſuorum oraculorum annos ac
ret, ſiue ea æra communis eſſet, ſiue non; eſto aliunde 70. anni à
ctiortum ducant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

4. Ad quartum argumentum dico: aliud eſt tranſmigratio, aliud eſt horum annorum origo. Tranſmigratio dici poteſt, non ea ſolum, quę fuit Iechoniæ, ſed etiam quæ fuit Sedeciæ, imò & illa qua Daniel abductus eſt, & ſic plures ſunt tranſmigrationes; non tamen plura vnius captiuitatis ſeptuagenariæ, qua de agimus, principia. Bene etiam monet Torniellus ad an. m. 3429. num. 12. Euangeliſtam, cum Chriſti genealogiam texere vellet, feciſſe mentionem Iechoniæ, quia per hunc, non autem per Sedeciam genus Saluatoris deducitur, nec vlla prorſus eſt cauſa cur S. Matthæus ad iſtos 70. annos reſpexiſſe putetur. *Ad 4.*

5. Ad quintum reſpondeo: iſta vaticinia non quidem in totam regni Babylonici durationem feruntur; æquè tamen directè imperij Chaldæorum finem, & terminum ſeruitutis, qua variæ gentes Babylonijs ſubijciebantur, indicant. Nec refert, quid directè, quid indirectè tangatur, cùm certum ſit, in idem tempus incidere & regni Babylonis euerſionem, aut ſi mauis ad Cyrum Perſam, translationem, & finem ſeruitutis, qua Nabuchodonoſor & eius ſucceſſores, tum alios, tum maximè Iudæos opprimebant. Non ſunt adæquatè ijdem anni, deſolationis terræ, & captiuitatis Babylonicæ: ſic enim à fine Sedeciæ captiuitas ortum ſumeret, quod hæc opinio non patitur. Sublato enim Sedecia, terra deſolata fuit, donec ſoluta captiuitate ſub Cyro Iudæi poſtliminio in terram ſuam vetereſque coloni reuerterentur, exactis ſeptuaginta annis ex quo gentes Nabuchodonoſoris iugum ſubire inceperant. Denique Iudæi ab anno 13. Ioſiæ, vſque ad quartum Ioakimi, per annos 23. Prophetis recta monentibus non auſcultauerant, ac proinde digni erant, vt poſt tot annos, mox retentis Babylone, qui cum Daniele capti fuerant, regia ſtirpe oriundis, inciperent regi Babylonis ſeruire ſeptuaginta annorum ſeruitutem. *Ad 5.*

## QVÆSTIO VII.

### *Vtrum hi anni ab excidio Ieroſolymitano inchoentur.*

1. TOrniellus ad an. m. 3447. num. 2. *Luce*, inquit, *meridiana clarius eſt, 70. Babylonicæ captiuitatis annos à Ieremia pronunciatos, ſine dubio fluxiſſe à capto Sedecia, totaque Ieroſolymorum regione deſolata.* Quam ſententiam latè propugnat Salianus an. m. 3429. à num. 9. cum Neotericis non paucis, vt Pererio lib. 10. in Danielem, Villalpando to. 3. p. 1. lib. 3. cap. 1. Serario 4. Reg. ſub finem, Sigonio in Sulpitium, Turſellino in ſua Chronologia. Huc etiam accerſitur Verronius, Adrichomius, Mercator, Funccius Phrygio, alijque ſectarij. Probant hi auctores ſuam ſententiam ex varijs Scripturæ locis 1. Ierem. c. 25. initio. *Verbum, quod factum eſt ad Ieremiam de omni populo Iuda.* Vbi in rem ſuam duo animaduertenda monent. *Alterum*, hac prophetiâ denunciatam captiuitatem eſſe, *de omni populo*, *Quidam affirmant.* *Probant 1.*

non de parte populi; qualis fuit an. 4. Ioakimi, & in tranſmigratione
Alterum hanc prophetiam editam anno 4 Ioakimi, & de reſum
non eſſe intelligendam de ea captiuitate, qua primum Daniel & ſoc
anno 3. Ioakimi tranſmigrarunt. Vrgent deinde, quæ eodem cap
v. 9. & ſeqq. *Erit vniuerſa terra hac in ſolitudinem & ſtuporē.* Quæ ſolitudo
Ioakim non fuit. Rurſus: *ſeruient omnes gentes iſtæ regi Babylonis 70. ann*
ciuitatis denunciatio videtur Saliano tam perſpicuam reddere hu
veritatem, vt nulla tergiuerſatione cælari poſſit. Ita ipſe num. 13. & c
Ioſepho lib. 10. Antiq. cap. 11. & 1. contra Appionem. *Tertius Scriptu*
vnde argumentantur, eſt Dan. 9. v. 2. *Ego Daniel intellexi in libris num*
*de quo factus eſt ſermo Domini ad Ieremiam Prophetam, vt complerentur deſo*
*ſalem ſeptuaginta anni.* Sic in Hebræo, Græco, Chaldæo legimus. Vbi S
mus: *Prædixerat Ieremias 70. annos deſolationis Templi, poſt quos rurſus*
*in Iudæam, vt ædificaretur Templum & Ieruſalem:* primo ſcilicet anno Cy
locum adducunt. 2. Paralip. cap. 36. v. 20. quem ſupra ante q. 2. de
firmant ex Iſaiæ 23. v. 15. *In obliuione eris ô Tyre ſeptuaginta annis, ſicut d*
*Poſt ſeptuaginta autem annos, erit Tyro quaſi canticum meretricis.* Et verſ. 17.
*ſeptuaginta annos, viſitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad merces ſuas.*

2. Ex Ioſepho.

2. Probatur hæc ſententia *ſecundò* varijs antiquorum teſtimonijs
*primum* eſt Ioſephi, lib. 10. Antiq. cap. 11. Rex verò Babylonis, proba
bus tribubus, nullam gentem in ea regione repoſuit, vt Iudæa cum
ac Templo, per 70. annos deſerta maneret. Et lib. 1. contra Appion
buchodonoſore ait: cunctũ generis noſtri populum auferens migra
lonem, vnde ciuiuitatem contigit deſolari annis 70. vſque ad Cy
Perſarum. Et rurſus eodem libro: Nabuchodonoſor decimo octau
anno, templum noſtrum ad deſolationem vſque perduxit, & fu
tum annis 70. Secundo vero anno Cyri fundamentis depoſitis, ru
anno Darij perfectum eſt. Item lib. 11. Antiq. cap. 1. ait Iſaiam de Cy
taſſe 210. annis antequam ſolueret captiuitatem, annis vero 140.
templum vaſtaretur. Vnde patet eum ab euerſo templo vſque ad C
70. numerare.

Ex Clemente. Hieronymo, Irenæo, Leontio.

3. *Secundum teſtimonium* eſt Clementis Alexandrini lib. 1. Stro
agens de captiuitate Sedeciæ. *Durauit*, inquit, *hæc captiuitas 70. ann*
S. Hieronymi hac quæſt. num. 1. relatum. Quartum Irenæi & Euſeb
ſtoriæ cap. 8. vbi numerantur 70. anni ab ea captiuitate Iudæorum
ruptæ ſunt à Nabuchodonoſore, vna cum Templo ſacræ Scriptur
tempus, quo in patriam rediere. *Quintum* Leontij Bizantini lib.
qui cum dixiſſet Nabuchodonoſorem regnante Sedecia Iudæo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...em abduxiſſe : *poſt annos, 70.* inquit, *regnante Cyro* rurſum Ieroſolyma pro-fecti ſunt. Similia tradunt Euſebius lib. 10. Præpar. Euang. cap. vltimo. Ni-cephorus Calixt. lib. 1. cap. 6. Freculphus lib. 3. cap. 17. Hæc prolixiùs retuli, vt qui hanc ſententiam amplecti voluerit, fundamenta, quibus ea nititur, in promptu habeat.

4. Ab hac tamen ſententia meum calculum abſtineo: ſic enim colligeren-tur à Templo vaſtato, ad annum ſecundum Darij, quo inſtauratum eſt incluſi-ue anni 89. aut 87. nimirum 70. captiuitatis, Monarchiæ Cyri 9. aut 7. Camby-ſis, Darij 2. Hoc autem pugnat cum grauiſſima & clariſſima auctoritate eo-rum Scriptorum, qui ab euerſione vſque ad annum Darij 70. duntaxat annos recenſent, quos retuli præced. q. num. 2 & latius q. 2. Deinde *plurimi*, qui prius templum viderant, cum anno 2. ſui reditus, templi ſecundi fundamenta cerne-rent collacrymaſſe dicũtur. 1. Eſdræ 3. v. 12. Hi ſine dubio ante prioris templi ca-ſum, idiam ætatis attigerant, vt fabricæ amplitudinem perciperent, & poſt ſuum reditum illius recordatione, vtriuſque ædificij magnitudinem inter ſe comparare poſſent. Si igitur annos 70. in exilio egerunt, erant plurimi circiter octogenarij, cum poſterioris domus fundamenta ponerentur. Quod etſi non eſt incredibile: ſequentis tamen opinionis patroni plauſibiliùs vltimam capti-uitatem 52. annis definiunt. Illi ergo Hebræi flentes, qui annum ætatis ſuæ 18. non exceſſerant, cùm ciuitas vaſtaretur; potuerunt vtrumque templum vidiſ-ſe, & tamen ſeptuagenarijs maiores non eſſent. Conclusio. Negat. Prob. 1.

5. Præterea ex hac opinione, ab initio regni Nabuchodonoſoris ad Vrbis & Templi deſtructionem ſunt anni 18. inde ad primordia Monarchiæ Cyri 70. in totum 88. Primus autem Monarchiæ Cyri, fuit Nabonaſſari 210. De his ſi tolle 88. remanebit annus Nabonaſſari 122. qui deberet eſſe vltimus Nabopo-laſſari: ſed Ptolemæo eſt ... Chyniladami poſtremus: nam eclipſin Lunæ fa-ctam anno Nabonaſſ. 127. die 18. Athyr, ad annum quintum Nabopolaſſari re-fert, poſt Nabopolaſſarum, conſtituit Nabuchodonoſorem eique annos 43. computat. Diſcrepat igitur hæc opinio, à Ptolemæi rationibus, annis circiter vi-ginti, & Nabopolaſſarum, aut Chyniladanum ex Canone ſiue Catalogo re-gum Babyloniorum expungit. Denique hæc opinio ſicut & præcedens eorum auctoritati reſiſtit, qui Vrbem vaſtatam cenſent Olymp. 47. & eorum qui à capto Sedecia ad initium Olympiadis 55. (quorum teſtimonia q. ſeq. produ-cam) annos 50. ſupputant. Prob. 2.

6. Illa verba, *de omni populo*, quæ ex Scriptura primo loco afferunt, non refe-runtur ad ſolam vltimam captiuitatem, ſed ad *verbum*, ſiue oraculum, *quod fa-ctum ad Ieremiam*, vt ſenſus ſit, eam prophetiam dirigi non ad eos tantùm qui vel cum Ioakimo vel cum Sedecia migraturi erant, ſed ad populum vniuerſum, vt Ad 1.

cla-

clariſſimè ex ipſo textu intelligitur. Hinc ſtatim adnectitur: *quod locu-*
*tus eſt Iere-*
*mias Propheta ad omnem populum Iuda*. Hoc vaticinium anno 4. Ioakim
in tempus futurum, editum eſt: Deus enim ore Ieremiæ denunciat
dæi & gentes circumiacentes ſeruiant Nabuchodonoſori (cuius
annus agebatur) & ſequentibus Babylonijs regibus 70. annis non
nes ſimul, ſed ſucceſſiuis temporibus iugum Babylonicæ ſeruitutis
ſubirent, nec ante annum 70. excuterēt. Sic illi qui anno 3. Ioakim
iugati, vel abducti fuerant facile poterant conijcere, ſe iugum iſtius
longo 70. annorum tractu laturos.

7. Ex v. 9. & ſeq. q. duo tantum, quæ ad rem præſentem faciunt,
1. terram Iuda in ſolitudinem fuiſſe redigendam. 2 hanc ſeruitutem
annos 70. Solitudo verò terræ Iuda, non dicitur ſuppar futura ſeruit
tos 70. annos æquatura: hoc enim iure merito negant præcedentis
fautores q. 6, num. 1. & alij num. 2. ibid. relati. Enimuerò terram non
nimodè ante annum 23. Nabuchodonoſoris deſertam omnes fatentur
quidem anno, *tranſtulit Nabuzardan magiſter militiæ animas Iudæorum*
*quadraginta quinque*.

Obiectio. 8. Replicant quidem nonnulli, & aiunt, pauculos illos agricolas
pediuiſſe, quo minus terra deſolata eſſet, cum mox fugitiui in Ægypt
Reſp. Iudæa morarentur. Verum hæc interpretatio, non arridet Cornelio
inquit, *Nabuchodonoſor non ante annum circiter 35. regni ſui perdomuit*
*ſubegit Ammonitas & Moabitas, ac deinde rurſus vicinos Iudæos racemauit*
*remanentes, quam profugos ad Ammon & Moab*. Ita ille cum Lyrano, D
Quicquid ſit, omnes fatentur, quatuor vt minimum annos ab Vrbe
tranſactos prius fuiſſe, quam iſti 745. Iudæi Babylonem ducerentur,
gentes iugo Babylonico colla ſubderent: tametſi generalis illa ſeruit
partem aliquam populorum ſeruientium totos 7[illegible]. annos tenuerit,
tandem anno deſierit, quo & Babylonicum imperium, iuxta illud
v. 21. *cumque impleti fuerint ſeptuaginta anni, viſitabo ſuper regem Babylonis*
bidem notat Sanctius, ijdem, qui Babylonicam fregere potentiam,
tranſtulere ad Perſas, eodem anno liberam Iudæis poteſtatem fecerunt
triam redeundi.

Explicatur locus Ieremiæ. 9. Quis igitur ſenſus eſt horum verborum? & ſeruient omnes
regi Babylonis ſeptuaginta annis? Reſpondeo cum Cornelio,
tentia, qui vel anno 1. Nabuchodonoſoris, vel migrante Iechonia
cam captiuitatem ordiuntur, nihil aliud velle Prophetam, quam
lam multarum gentium ſeruitutem ad annum ſeptuageſimum
cet quædam regiones citiùs, quædam tardiùs in illam ſubiect

[im]pellendi forent. Illi nihilominus, in quos hoc flagellum tardius incubuit, [di]cuntur 70. annos ſeruiuiſſe, hoc eſt, vſque ad ad annum communis ſeruitutis [an]no 1. Nabuchodonoſoris inceptæ ſeptuageſimum. Similem loquendi for[mu]lam eſſe Exodi 12. v. 40. bene aduertit idem auctor, vbi Hebræi dicũtur ha[bit]aſſe in Ægypto 430. annis, non quod omnibus illis annis ibi habitauerint, [se]d quod ibi habitauerint vſque ad annum 430 computandum ſcilicet à voca[ti]one & egreſſu Abrahæ ex Chaldæa in terram Chanaan. Gen. 12. v. 1. Simile [q]uoque ait eſſe Iudith 16. v. 28. vbi ipſa dicitur manſiſſe in domo viri ſui annos [10]5. Cuiuſmodi interpretationem admittit Torniellus ad annum m. 2929. nu. [..] ex S. Auguſtino & Naclanto. Pluribus exemplis hunc loquendi modum de[cl]arant Gen. 11. v. 32. & cap. 15. v. 13. Iudicum 6. v. 1. & cap. 18. v. 31. num. 3.

10. Simili interpretatione intelligi debet, quod de ſeptuaginta annis deſo[la]tionis Ieruſalem legimus Dan. 9. & de ſabbatis terræ 2. Paralip. 36. verſ. 20. In [his] enim locis tantùm agitur de completione 70. annorum de quibus Ieremias [va]ticinatus fuerat; & ſic inde nihil aliud inferri poteſt, niſi eodem tempore, hæc [fui]ſſe finita eſſe, deſolationem Ieruſalem, terræ ſabbatiſmum, & ſeptuagenariam [ſe]ruitutem. Idem de Tyro dicendum videtur, ſi mox ab initio imperij Cyri, ea [a]d ſuas merces remiſſa eſt: nam aliquot annis poſt cladem Ieroſolymitanam [ex]pugnata eſt Tyrus, vt notat Cornelius Iſaiæ 23. Eam annos 13. à Nabucho[do]noſore obſeſſam fuiſſe plerique omnes fatentur; obſideri cœptam anno 16. [de]ſinente, aut ineunte 17. Nabuchodonoſoris regis latè docet Petauius lib. 9. cap. 63. Qua ratione capta fuerit, circa annum Nabuchodonoſoris triceſimũ, [an]nis fermè 12. poſt excidium Ieroſolymorum. Vnde apparet non eodem an[n]o, omnibus & ſingulis illis gentibus iugum ſeruitutis iniectum, quas regi Ba[by]loniæ ſeruituras prædixerat Ieremias, ſed de Tyro latius ſuo loco. Veterum [te]ſtimonia in huius ſententiæ fauorem allata quæſt. ſeq. commodius expen[d]entur.

*Et Danielis.*

## QVÆSTIO VIII.

### *Vtrum hi 70. anni ab enthroniſmo Nabuchodonoſoris ducantur.*

1. ID cenſent nonnulli antiqui apud Euſebium in Chronico, ad Olymp. 58. *Colligitur*, inquit, *omne tempus captiuitatis Iudæorum an. 70. qui ſecundum quoſdam* [2]3. *anno Ioakim cœpit, vſque ad viceſimum annum Cyri regis Perſarum computantur.* Sulpitius lib. 2. ſacræ hiſt. qui tempus ſeptuagenariæ captiuitatis expletum tra[d]it anno primo Cyri, cum Baltaſſar regnaſſet annos 14. Euilmerodach. 12. Nabuchodonoſor à capta Sedecia, 26. non autẽ eſt dubium, quin antea regnauerit

*Multi affirmant.*

annos 18. Theodoretus apud Ghiſlerum Ierem. 25. *primum*, inquit, *eum Nabuchodonoſor Scriptura vocat eum, qui erat quartus Ioakim, à quo & captiui numeratur anni.* Quod pluribus explicat in c. 9. Danielis, cuius verba ... num. 10. Iſidorus Dan. 9. Auctor hiſtoriæ Schol. Eſdræ 18. Rab. Salomon Ioſue, Dauid kimhi apud Lyranum & Caſtrium, Hebræi in ſuo Seder, Ribera Zachariæ 1. Barradius lib. 5. Concord. Euang. c. 17. Christophorus ... ſtrius Ieremiæ 29. Sanctius Ezechielis 29. nu. 23. & Zachar. 1. Vatablus Aggæi & Zachariæ 1. Montanus ibid. Petauius ad an. m. 3377. Hucu... ſtrius Clementem Alex. citat, qui lib. 1. Stromatum ex Beroſo refert ... ante Principatum Perſarum, Nabuchodonoſorem aduerſus Phœni... dæos, bellum geſſiſſe.

*Concluſio affirmat.* 2. Hanc ſententiam cæteris præpono, quia melius mihi congruere ... cum profanis literis, cum placitis veterum patrum, nec minus cum ſ... cibus, quam aliæ, præcedentibus quæſtionibus examinatæ. Explorat... eſt, hanc ſeruitutem anno 1. Cyri Babylone regnantis expiraſſe, nec ... chodonoſorem Magnum inijſſe, cum Ieremias toties inculcet Iudæ... mas gentes Nabuchodonoſori & poſteris eius annos 70. ſeruituras ... buchodonoſori ſeniori, ſiue Nabopolaſſaro minimè conuenit, vt ... phus lib. 10. Antiq. c. 10. dum hoc ei Nabuchodonoſori tribuit, qu... cœpit. Et conſentiunt auctores, trium poſteriorum opinionum q. ... rum patroni, cum pauculis, qui hanc captiuitatem à Ioſiæ tempor... velle videbantur. Quo minus hæc æra, vel à tranſportatione Iechon... deciæ caſu aperiatur; obſtant ea, quæ q. 6. n. 2. & q. 7. n. 4. cum ſeq. ...

3. Hæc verò ſententia *in primis* à Ptolemæi rationibus non di... tenus Nabopolaſſaro annos 21. attribuit, tum Nabuchodonoſori ... deinde regibus interiectis, nouennium Cyri anno Nabonaſſari 21... ita vt annus 5. Nabopolaſſari in 127. Nabonaſſari incurrat, aut ſaltem triennio circiter inde diſtet: à quibus terminis Antagoniſtæ haud ... cedunt. Secundo huius computationis aſſertores, ad eorum patrum ... accedunt, qui ab exuſto templo, ad eius ſub Dario reparationem, 70. ... diaſtema agnoſcunt, quorum multitudinem, & auctoritatem ex q. ... 6. num. 2 cernere licet. *Tertiò*, hæc chronographia, ſocietatis deſe... git, qui cum Euſebio Cyri apud Perſas regnum, à Sedeciæ calamitate ... annorum ſpatio dirimunt, vel cum Clemente Alex. eodemque Eu... dium Ieroſolymitanum in Olympiadem 47. conferunt. At vero, ... choniæ tranſmigratione, vel Vrbis euerſione iſtam annorum ſeptuag... hunt; hos auctores faceſſere iubent; quod mihi duriuſculum videtur ... quidem & Scripturæ conſenſus illis fauet, vt declaraui q. 5. num. 4. ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

q.7.num.6.&7. Supereſt ſolum, vt veterum teſtimonia, nullo partium ſtudio occupati audiamus, de quibus, hoc in confeſſo eſt, eos qui anno primo Cyri Perſico, Iudæorum captiuitatem ſoluunt, præproperè rem accelerare; venia tamen dignos, quod in loco haud mediocriter obſcuro, punctum non attigerint. Cæterum ſingulos qui producuntur, examinemus.

4. *Primo loco* prodit Ioſephus, quem Caſtrius aliqua interpretatione, haud inuſitata ad veritatis ſemitam reuocari poſſe autumat, ſi dicamus eum nihil aliud voluiſſe, quam ſolitudinem terræ, non quidem ab initio captiuitatis inductam fuiſſe; cum tamen inducta fuiſſet; vſque ad finem ſeptuagenariæ ſeruitutis perduraſſe, vt dictum q. præced. nu. 9. & 10. Ego verò non video, quanam ratione Ioſephi teſtimonia hanc interpretationem pati poſſint, vt cum lib. 11. Antiq. cap. 1. à Prophetia Iſaiæ de Cyro, vſque ad Templi ruinam annos 140. vſque ad ipſum verò Cyrum 210. conſtituit: malo ad eorum me iudicium aggregare, qui fatentur Ioſephum, alterius partis cauſæ patrocinari; ſed quia ſæpe ſæpiuſalius in annorum ſupputatione hallucinatur, contra eum hoc loco excipiunt, eique fidem adhibendam negant. *Errat Ioſephus.*

5. Clemens Alex. apertè noſtras partes tuetur: ſiquidem à capto Sedecia vſque ad annum 2. Darij, ſeptuaginta duntaxat annos computat, & Sedeciá captum aſſerit Olympiade 47. quorum neutrum admittit contraria opinio. Duobus autem modis captiuitas à Clemente & alijs accipi ſolet. 1. vt reſpondet generali ſeruituti 70. annorum 2. vt Templi iacentis ruinam ac impeditum religionis exercitiũ ſpectat. Vtrouis modo, annos 70. cõplectitur: priori ab initio regni Nabuchodonoſoris ad Cyri Monarchiam; poſteriori modo, à caſu Tẽpli ad an. 2. Darij protẽditur. Captiuitas Babylonica, quę generali ſeruituti ſuppar fuit, plures continet particulares captiuitates, vt Iechoniæ, Sedeciæ, Ammonitarum, &c. & totos an. 70. tenuit: particularis autem quęlibet ad plures paucioreſue annos ſeſe porrigit, prout eã tardius aut citiùs, Nabuchodonoſor induxit. *De Clemente.*

6. *Tertius teſtis* S. Hieronymus Dan. 9. tantum ait, prædictos à Ieremia 70. *annos deſolationis Ieruſalem, poſt quos*, vt erant generali ſeruituti communes, *rurſus veniret populus in Ieruſalem*, anno 1. Cyri, *& ædificaretur Templum* primum ſub Cyro, deinde ſub Dario, *& Ieruſalem*, quæ tandem ſub Artaxerxe perfecta eſt. Si quis ea, quæ S. Hieronymus habet, procœmio in Aggæum, & Ezechielis 4. conferat cum ijs, quæ ſcripſit in cap. 25. & 29. Ieremiæ; clarè perſpiciet, eum computare annos 70. ſeruitutis vſque ad Cyrum, & totidem deſolationis Templi, vſque ad annum 2. Darij, ac proinde ab eo noſtram ſententiam declarari & confirmari. *S. Hieron.*

7. Quartum teſtimonium afferebatur Irenæi, cuius hæc verba tranſcribit Euſebius illo lib. 5. ad calcem cap. 8. Et nihil mirum, ſi diuina prouidentia *Irenæo.*

hoc ita fieri procurauit, cum & in ea captiuitate, quæ populo accide-
buchodonoſore rege, corruptis ſcripturis, cum poſt 70. annos Iu-
triam ſuam redirent, in temporibus Artaxerxis Perſarum regis inſpi-
Eſdram &c. Vnde nihil elici poteſt quod ad præſens negotiũ ſpectet,
Iudæi poſt annos 70. in patriam redierint: quod verum eſt, quamuis
iſta anno 1. Nabuchodonoſoris inierit, Euſebius de horum annorum
terrogatus, iam pridem reſpondit, vrbem exciſam Olymp. 47. ind-
Olympiadem 55 cuius anno 1. Cyrus regno apud Perſas potitus eſt,
ſe 30. annos, & ſic viam nobis aperuit, qua poſt annos 70. ab ent-
buchodonoſoris Iudæos in patriam poſtliminio reduceremus.

*Leontio.* 8. Leontius Bizantinus de ſectis actione 2. Sciendum, inquit, re-
riorum Nabuchodonoſorem, cùm regnante Sedecia cum copijs ve-
dæos in captiuitatem abduxiſſe atque in Perſidem tranſtuliſſe, quo-
mero Ananias, Azarias, Miſaëlus, Iezechielus & Eſdras, poſt annos
te Cyro rurſus Ieroſolyma profecti ſunt. Ex cuius teſtimonio ſoli-
eſt, Sedeciam à Nabuchodonoſore captum, illa generali ſeruitute
etiam Danielem & ſocios adſtrinxit, atque ab anno 1. Nabuchodo-
cepit. Etſi enim Daniel cum ſocijs ſub finẽ regni Nabopolaſſari anno
capti ſint: ſeruitus tamen à Ieremia vate conſignata, ante Nabu-
rem Magnum non cœpit. Sic bene Leontius annos illos 70. ita dig-
niæ & ſodalium captiuitatem illo temporis ſpatio comprehenderet,
18. ante Sedeciæ tragœdiam ſumpſit exordium.

*Euſebio.* 9. Euſebius rurſum illo lib. 10. Præpar. cum Ioakimi & Sedeciæ
iſta ſubiungit: Vrbe deinde ab Aſſyrijs euerſa, Temploque cremato,
nẽ populus abducitur, vbi Daniel & Ezechiel propherarunt, & poſt
Cyrus Perſarum rex regnauit, qui Iudæos libertate donauit. Hæc ille,
paucis multa complectatur, non docet vndenã iſti 70. anni compu-
docuit, idq; in fauorem cauſæ quã propugnamus, vt dictum iam
10. Nicephorus Calliſtus. *Vna*, inquit, *cum Vrbe Templum eſt*
*Babylonem captiuus ductus ad annos* 70. ſubaudi ab anno 1. Nabucho-
computatos, vt arbitror. Aliqui à tranſportatione Iechoniæ, no-
mitate Sedeciæ deducendos putant. Sic ad præſentem litem diri-
lius momenti eſt teſtimonium Calliſti.

*Freculpho.* 11. Freculphus verbis fermè Ioſephi ait: Babyloniorum rex cum
captiuas duxiſſet, neque gentem aliam in eorum habitare fecit
propterea deſolata omnis Iudæa, & Ieroſolyma & Templum
manſit. Verùm cum hic auctor ad calcem libri tertij, diſerte
iſtam anno 2. Darij finitam aſſerat, & Zachariam huius

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dit, clarè indicat ſe cum exilij tempore, iacentis Templi annos coniungere, à Templi exterminio, ad eius inſtaurationem 70. annorum intercapedinem putare, nobiſque ſuffragari.

11. Denique Lactantius lib. 4. de vera Sapientia cap. 5. de Hebræis ſic ait: *Lactantio.* Inde ſub iudicibus fuerunt per annos 370. tum mutato ſtatu reges habere cœperunt, quibus imperium tenentibus per annos 460. vſque ad Sedeciæ regnum, oppugnati à rege Babylonico captique Judæi diuturnum ſeruitium pertulerunt, donec ſeptuageſimo pòſt anno Cyrus Maior captiuos Iudæos terris ac ſedibus ſuis redderet. Hic author ſicut Rhetoricè magis quam Mathematicè, iudicum & regum annos recenſet: ita ſubobſcurè 70. annorum meminit, nec docet eos à fine Sedeciæ numerandos, ſed liberam nobis facultatem relinquit, vel inde, vel à migratione Iechoniæ, vel ab anno 4. Ioakim, prout cuique viſum fuerit ſeptuagenarium illud ſeruitium auſpicandi.

12. Hanc vltimam opinionem vel eo nomine promptius amplector, quod *Opinio authoris.* facilius quædam hac de re patrum dicta interpretetur quam aliæ. Exempli cauſa S. Auguſtinus lib. 18, de ciuit. cap. 26. ſic ait: Per idem tempus Cyrus rex Perſarum, qui etiam Chaldæis & Aſſyrijs imperauit relaxata aliquantũ captiuitate Judæorum, quinquaginta millia hominum ex eis ad inſtaurandum templum regredi fecit &c. Sub Dario ergo rege Perſarum impletis ſeptuaginta annis, quos Jeremias Propheta prædixerat reddita eſt Judæis ſoluta captiuitate libertas. Hæc S. Doctor: quæ non facile explicant ij, qui in hac materia vnam duntaxat annorum ſeptuagenam numerant. Certum eſt enim eam anno primo Darij expletam fuiſſe. Qui verò Babylonicam ſeruitutem, vnà cum regno Nabuchodonoſoris ordiuntur, imperioq; Cyri nouennium impendunt; ijdem aſſerunt 70. annos à Jeremia disertè prædictos, in primordia Cyri deſijſſe: ſed & alios 70. annos deſolationis templi agnoſcunt anno 2. Darij finitos, & hos à Jeremia tacitè prænunciatos concedunt. Siquidem Propheta Vrbis atq; adeo templi deſolationem vaticinatus eſt, quæ annis duodeviginti poſt inchoatam ſeruitutem euolutis accidit, nec tacuit S. Vates Templi inſtaurationem, cap. 30. v. 18. *Templum iuxta ordinem ſuum fundabitur*, ſubaudi anno 2 Darij, trãſactis 70. annis, quibus euerſo Templo quaſi captiua religio, & ſtatæ legis in Templo cæremoniæ tenebantur. Rem ipſam verbis expreſſit; annos 70. reapſe inſertos, tacitus inſinuauit. Vnde Beda an. m. 3468. cùm dixiſſet: *ſecundo anno Darij ſeptuageſimus captiuitatis Ieruſalem impletur annus*; paulo poſt, eam captiuitatem ad Templi deſolationem accommodat & concludit, *annos 70. à deſtructione illius, vſque ad perfectam reſtaurandi licentiam eſſe computandos*, quam ſine dubio indulſit Darius; imperfectam vero Cyrus antea dederat, vt eodem loco explicat Beda, & indicat S. Auguſtinus.